

DISSERTATIO THEOLOGICA;  
METHODUM MIRACULA CHRISTI  
NATURALIBUS DE CAUSSIS EXPLICANDI  
DIJUDICANS,

QUAM

CONSENSU MAX. VEN. FACULT. THEOLOGICÆ  
IMP. ACAD. AB.

PRÆSIDE

*Mag. JACOBO BONSDORFF,*

*S. S. Theol. Doct. atque Profess. Publ.  
Facult. Theol. h. t. Decano.*

PRO CANDIDATURA THEOLOGICA

PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIT

*ROBERTUS VALENT. FROSTERUS,*

*Phil. Mag. Ostrob.*

In Auditorio Theologico d. XVII Junii 1820.  
horis p. m. sol.

---

ABOÆ, Typis FRENKELLIANIS.

DE HULDASTE BLAND FÖRÄLDRAR,  
VICE-CONTRACTS-PROSTEN ÖFVER BRAHESTADS CONTRACT,  
PROSTEN OCH KYRKOHERDEN I KALAJOKI,  
SAMT RIDDAREN AF KEJS. S:T WLADMIRS-ORDENS 4 CLASS;

*Herr JOHAN FROSTERUS,*

OCH

FRU PROSTINNAN



*ANNA BEATA HUMBLE,*

*Helgar af sonlig vördnad och tacksamhet dessa blad,*

DERAS

lydigste son,  
*R. V. FROSTERUS.*



Quo minus cognitae sibi mortales habuerint vires naturae et leges, eo potius labentiusque ad Deum vel Deos suos, utpote auctores, mirificum quodcumque sub ipsorum oculos raro cadens phaenomenon, immediate referre solitos esse, omnis aevi testatur memoria; quin immo constat, leges in solito saepe adminiculo, ad mentes alliciendas, remque suam commendandam firmandamque, antiquis praesertim temporibus non raro fuisse usos; patri sic de liberorum salute procuranda diligentissimo, haud dissimiles, qui, ut eo attentioribus auribus accipiant veritates teneris ipsorum animis instillandas, exordio quodam idoneo, expectationemque ipsorum omnem erigente, acunte, prudens utitur.

Neque Salvatorem nostrum Sanctissimum eo nomine cum his comparare dubitamus, quod his in terris vitales dum carperet auras, miraculis a) Suis auditores Sibi facere vellet attentos, licet vel maxime conspicuum sit, insolitos eventus in ceteris legislatoribus, praetensaque quavis extraordinaria facta non posse cum Christi mira-

I

---

a) Hoc vocabulo utentes, omnia Christi extraordinaria facta, vario quamvis nomine in N. T. occurrentia, comprehensa volumus. Vocantur nempe I) *δυναμεις*, II) *τερατα* et III) *σημεια*. Confer. annotatio G. F. SEILERI apud H. G. TZSCHIRNER *Memorabilien für das Studium und die Amtsführung des Predigers*, Erster Band. Erstes Stück. p. 46.

culosis factis commutari, aut eodem æstimari pretio. At vero, non hæc unica erat causa et ratio, qua ducebatur Christus ad miracula patranda. E responso enim, quod Legatis ab Johanne quæsitum misit: *Συ ει ὁ ερχομενος, η̄ ε̄ξερων προσδοκῶμεν;* b) in hunc modum dedit: *Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννη ἀκούετε και βλέπετε. τυφλοὶ αναβλέπουσι, και χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, και κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, και πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, και μακάριός ἐστιν, ὅς ἐάν μὴ σκανδαλιθῆ ἐν ἐμοί,* c) non ambigua videtur consequentia, eo ex capite Christum produxisse miracula, ut imbecillitati Judæorum sic sapienter succurrens, Divinitatem suam probaret missionemque a Patre divinam, d) utque conjunctione Sua cum

b) Matth. XI: 3.

c) Matth. XI: 4 — 6.

d) Non nobis persvadere possumus unquam, Christum in hac re secundum opiniones populi præjudicatas Semet accommodasse, ut Celeb. ECKERMANN his indicat verbis: Ich bin überzeugt, dass Jesus nicht wollte, dass der Glaube an die Göttlichkeit seiner Lehre auf Wunder gegründet werden sollte, und dass er nur den Hang seiner Zeitgenossen, überall Wunder zu sehen, duldet und zu seinem göttlichen Endzweck benutzte, weil er sie doch nicht von demselben zurückbringen konnte, und es also nicht weise finden konnte, denselben zu bestreiten. *Theologische Beyträge*, Sechsten Bandes Drittes Stück, Fünfter Abschnitt p. 140. Melius, nobis iudicibus, BESENBECK: Als Legitimation seiner innigen Verbindung mit der Gottheit wollte Jesus seine Thaten angesehen wissen. Er forderte, nicht etwa von dem Volke, sondern von den

Deo sic probata, e) religionem quam erat divulgaturus populo commendaret, earumque rerum confirmaret veritatem, quæ in oculos non caderent, neque ex nostro rerum usu probari possent, scitu quamvis maxime necessaria. f) Quod quamquam ita sit, absit tamen ut credamus, omnem religionis Jesu veritatem his unice suf-

Obern der Juden, denen er eine Prüfung seiner Lehre zu trauen konnte, dass, wenn sie auch nicht geneigt wären, seine Lehre zu untersuchen, sie doch wegen seiner grossen Thaten glauben sollten, er sey von Gott gesandt. *Lazarus oder über das Unstatthafte der natürlichen Erklärungen der Wundergeschichten im Neuen Testament* p. III.

e) So unläugbar es ist, dass im Nachdenken geübte, aufgeklärte, nach Wahrheit forschende Christen, auch ohne Rücksicht auf Jesu Kraftthaten zu nehmen, in unsern Tagen überzeugt seyn können, er sey die von Gott verordnete Mittelsperson, durch welche ein allgemeines religiösmoralisches Reich unter den Menschen gestiftet werden sollte; so unmöglich war es den Zeitgenossen Jesu und der Apostel, ohne auffallende sinnliche Beweise zu einer solchen Ueberzeugung zu gelangen. SEILER I. c. p. 53.

f) Confer. *Storr De sensu historico*. p. 73. Et SEILER *Der vernünftige Glaube an die Wahrheit des Christenthums*. p. 16. sq. Ceterum bene et apposite, pro more suo, GRÄFFE *Philosophische Vertheidigung der Wunder Jesu und seiner Apostel*, p. 17. in hunc modum de hac re argumentatur: Eine der wichtigsten Untersuchungen, die es nur geben kann, betrifft die Wunder, welche Jesus und seine Apostel verrichtet haben. Je nachdem das Resultat

fultam esse miraculis; etenim si per se spectantur, non quidem præcipuam constituunt ipsius religionis intimam partem; Immo quoque Salvator pluries docuit, a præstantia illa atque excellentia interna, qua religio nostra eminet sanctissima, divinæ ejusdem originis documenta omnium primum esse sumenda. Interim tamen quum religio Christi tantum habeat cum vita humana commer-

beschaffen ist, welches aus den angestellten Prüfungen hervorgehet, je nach dem wird auch die Denkart und die Handlungsweise eine verschiedene Richtung annehmen. Sind die Wunder Christi und seiner Apostel wahre göttliche Wunder: so traten Christus und seine Apostel in der Würde göttlicher Gesandten auf; so giebt es eine göttliche Offenbarung; so muss jeder, der von der heiligen Schrift Kenntniss erhält, nach ihren Aussprüchen, in welchen er die Stimme Gottes hört, sein ganzes Leben anordnen. Perperam autem **Ec** in libro suo, qui inscribitur: *Versuch die Wundergeschichten des Neuen Testaments aus natürlichen Ursachen zu erklären*, p. 4: Mit der Lehre von den Wundern scheint die Wahrheit des Christenthums zu stehen und zu fallen. Doch es scheint nur so. Denn einmal ist dieses nicht der einzige Beweis von seinem göttlichen Ursprung, sondern nur Einer von Mehreren, und keinesweges der Erste und Wichtigste. Der Werth der christlichen Religionlehre wird durch denselben weder bestimmt, noch geschmälert. Ist ihr *Inhalt* Wahrheit, so rechtfertiget sie sich selbst und es bedarf keiner Wundergeschichten zu ihrer Empfehlung; es ist genug, sie mit Verstand zu lesen, um sie so wahr und vortreflich zu finden, als sie wirklich ist.

cii, atque originem suam divinam in ipsis suis essentialibus veritatibus tantopere prodat, necesse quoque est Christum ipsum a Deo non modo missum et edoctum, verum etiam sublimiori Dei natura ornatum tenere atque suspicere, quum tanta tamque mirabilia externa sint nobis testimonia et facta, fidem ejus facientia, ipseque Christus ad hæc sua provocaverit miracula, ut patet ex Joh. V: 36. IX. 3. 4. &c.

Cum autem nonnulli, miracula hæc aut respuentes aut minoris habentes, naturalibus de causis omnia explicare conati sint, h) plerique vero veritatem eorum divinitatemque tutantes atque defendentes, naturalem omnem repudiarint explanationem; non a re alienum judicavimus, Specimen Academicum molientes, pro juveniliū virium modulo disquirere: — possintne re vera salvo Sanctissimi Salvatoris caractere, secundum nominatas naturali modo declarandi

---

h) Eck I. c. p. 11. sq. suam de hac re sic prodit sententiam: Schon längst scheint man das Bedürfniss gefühlt zu haben, den biblischen Wundergeschichten, wo möglich, ethe solche Gestalt zu geben, in welcher sie auch ihren Gegnern ehrwürdig vorkommen müssten. Wenigstens enthalten die dogmatischen und exegetischen Schriften der Gottesgelehrten unsrer Zeit hin und wieder die deutlichsten Fingerzeige auf das Natürliche im Wunderbaren, dessen die Bibel erwähnt. Und allerdings beruht die Befriedigung jenes Bedürfnisses hauptsächlich auf der Möglichkeit, die Wundergeschichten der h. Schrift auf natürliche Begebenheiten zurückzuführen. Denn das Uebernatürliche, welches der Buchstabe dieser Geschichten bescheiniget, ist eben das Anstössige derselben.

methodos, intra sphaeram naturalium virium detrudi, vel postuletne eorum ratio, ut divino censeantur auxilio producta. miraculorumque insigniantur nomine? Quo successu hoc egerimus scrutinium, quorum interfit, benigni judicent!

Character jam in sensus nostros cadens, ut e principio rem exordiamur, miraculorum quibus sui ævi hominum oculos et animos in Se affixit Christus, is esse, secundum narrationes quas nobis reliquerunt Evangelistæ, videtur, ut sola omnipotentia sua, verbo plerumque simplici, i) adminiculo quodam externo sæpissime non admisso, k)

- i) Quomodo Celeb. PAULUS ex Luc. XII: 32. nobis contrariam haurire possit sententiam, non perspicimus quidem. Hæc vero ejus sunt verba: Da Jesus etliche Tage nöthig zu haben angiebt, um die Kranke, welche ihm dort zugetragen worden waren, nacheinander zu berathen, so sieht man wohl, dass Er und der Evangelist "an Heilung durch Ein Wört" nicht dachte. *Comment. Th. II. p. 422.*
- k) Jesum non semper physica respuisse quasi adjumenta in ægris sanandis, ex surdi et muti, Marc. VII: 32. sqq. cæcique sanatione, Joh. IX. constat. Hæc autem adminicula, — quod tamen Anonymus ille inquinatæ suæ phantasie turpiter indulgens Auctor in libro suo fabulis referto, qui inscribitur: *Natürliche Geschichte des Grossen Propheten von Nazareth.* 3 Th. p. 31. sq et 216 sq. credere videtur, — naturalem ullam sanandi vim non habebant. Confer. SEILER *Der vernünftige Glaube &c.* p. 1sq. Cum vero verisimile non sit, Christum his physicis quasi adjumentis absque omni ratione fuisse usum, digna certe sunt quæ afferantur verba Maknighti ad Joh. IX: 6. Noli credere



mortuos resuscitaverit, cæcos luminum usu donaverit, ægrotantes curaverit, et quamcunque utilem Sibi visam mutationem in conditione hominum ad cœlestes suas doctrinas audiendas concurrentium externa, illico perfecit.

At vero, veritatem horum, ab Evangelistis in hunc modum delineatorum miraculorum, infringere conati sunt haud pauci, argumentis præcipue inde petitis, quod rerum miraculi speciem præ se ferentium essent Evangelistæ fautores atque patroni, quodque, quia a Jesu non nisi mirifice facta expectarent, res naturæ ope productas, in supra-naturales vel ad quas efficiendas naturæ non sufficient vires, in proponendis iisdem mutassent, 1) unde sinceri rerum gestarum æstimatores minime essent habendi. His vero sic positis, in contrariam partem multa diseri possunt, dummodo rem paullo acrius considerare

---

hoc factum ideo esse, quia ad sanationem aliquid conferre debuerit. Adio hæc tantummodo, uti omnes externæ miracula Ejus comitantes, coecum docebat, se oculorum usum, non casui, sed beneficio Illius, debere. Rationem universalem, quam Cyrilus reddit, ob quam Christus . . . . . similibus actionibus miracula sua designaverit, heic possumus adscribere. Credit nempe, corpus Jesu per inhabitantem naturam divinam vivificantibus viribus fuisse ornatum, ut hominibus ostenderet, humanam in se naturam nullo modo, ab opere salutari, quod peracturus erat, excludendam. *Commentarius Harmonicus in IV Evangelia.* Tom. III: p. 43. Conferatur quoque SEILER apud Tzschirner *Memorab.* Erst. Band. Erst. St. p. 86 sq.

1) GABLER *Journal für auserlesene theologische Litteratur.*

placuerit. Promittente namque Christo Se iturum ad Lazarum e mortuis excitandum, Joh. XI: 11. quamnam quanto ad miracula credenda expectandaque nimia apud eosdem animadvertitur propensio? Quod enim si jure quorundam ipsis verteretur vitio, non utique Thomas cum Salvatore Bethaniam adire, atque cum Eo una mori, idem judicasset. XI: 16. Quin potius mirabilis illa Christi promissio, ejusmodi omnes depulset cogitationes, omnemque eorum stimulasset expectationem. Et quam demum erant segnes ad fidem illis præbendam, qui ipsis quamvis maxime lætam atque optatam Christi e mortuis nuntiarent-resurrectionem! Cum igitur undecim coenanti-bus inopinatus appareret Christus, *ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν, ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγγεγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν.* m) Quid igitur? in his rebus ad fidem legnes, in aliis plus iusto propensi!

Neque acu rem tetigisse censendi sunt illi, qui Evangelistarum narrationes ita explicandas putarint, quasi eo ipso temporis puncto, cum vellet Christus vel confirmare rei cujusdam veritatem, vel potentiam qua polleret eximiam ostendere, casu prorsus singulari factum quoddam miraculi instar revera evenerit. n) Videtur namque de illis

---

m) Marc. XVI: 14.

n) Eck l. c. p. 152 sq. de viduæ filii in Nain resurrectione, ita loquitur: Man hat Grund, hier - - einen Scheintod zu vermuthen, der sich - - nach und nach in einem immer leichtern Schlummer verwandelt hatte und, gegen die Zeit der Ankunft Jesu, dem zustande des Erwachens, zufälligerweise, so nahe gekommen war, dass das wirkli-

illis valere vetus illud: *Incidit in Scyllam, cupiens evitare Charybdin.* Quem enim verborum Johannis Cap XX: 30. XXI: 25. recordantem, potest latere, multo majus sic contententes constituere miraculum, quam quod reje-ctum vellent?

Ut vero jam ad ægrotantes illos, quos Sanctissimus curaverat Salvator, animum vertamus, non nobis est igno-tum, multos valde, mutatam hanc eorum in melius con-ditionem, ex fiducia maxime, quam de Eo, utpote Dei

---

che Erwachen mit dem Rufe des Erlösers aus der Ur-sache zusammentraf, weil die Sinne des Jünglings stark genug dadurch erschüttert und die letzte Betäubung des Schlummers vollends aufgehoben ward. So konnte der Vorfall, ohne Wunder, sich ereignen, und doch blieb er Wunder in den Augen der Zuschauer. Et de revo-catione Lazari in vitam in hunc modum argumentatur: Zu Kapernaum, an den Thoren von Nain und bey hundert andern Gelegenheiten, hatte er (Jesus) eben so viel re-dende Beweise erhalten, dass ihn eine ganz besondere Vorsehung unterstützte und von unzähllichen und wun-derbaren Versuchen bisher noch Keiner misslungen war. p. 256. Atque ex eo quod negaverit Christus signa dare petentibus ea Pharisæis, Matth. XVI Parall. ansa datur Celeb. PAULO in libro suo: *Kommentar über das neue Testament*, Zweiter Theil. p. 402. idem fere autumandi, sic disserenti: Wäre jezt ein Schall, ein Donner -- oder sonst ein Meteor erfolgt, würde man nicht zu fragen ge-habt haben: ob denn der unerwartete Erfolg nun gerade auf Jesus zu deuten sey? ob er nicht auf sonst jemand in jenem Himmelsstrich sich beziehe, oder vielmehr blos überhaupt sich nach dem Lauf der Dinge gerade jezt entwickelt habe?

filio, Messia, habuerint ægri, deducere velle. o) Atque hoc jam argumentum primo quidem intuitu non omni carere probabilitatis specie, lubentes concedimus; psychologico namque nititur fundamento non levi. Quotus enim quisque apud se ipse non est aliquando expertus, quantum ad destructam valetudinem restituendam Medici istius conferat auctoritas, quo utimur ægri. Quod quamvis ita sit, tamen nihilo minus, attentius re considerata, hoc omne destruitur argumentum. Si enim tam incerto talo posita fuisset sanandi Christi facultas, non quidem definite adeo has prædixisset morborum sanationes, omne sic prudenter evitans periculum. Quid namque? si optata hæc predictaque non successisset adversæ valetudinis in meliorem mutatio! Qualem jam in cogitationem Ejus incidissent discipuli, amicumque quotquot fuerint propensissimi? Absit igitur, ut Christum tam inconsultum atque temerarium, stolidi putemus! Quodque ad fiduciam attinet, cujus ope ægros jam sanatos fuisse contenditur, id tantum monitum volumus, ne plus quam fas est concedatur, cum nimirum eodem omnino jure salutifera omnis medicaminum quoque vis possit denegari, si quis rem ita explicare voluerit, quasi fiducia tan-

---

o) Wo er (Jesus) vollkommenes Zutrauen bemerkte, da handelte er ohne Umschweif; weil er voraussah, dass eine Versicherung, ein Machtspruch aus seinem Munde, gewiss seine Wirkung thun, schädliche Einbildungen niederschlagen, Krankheiten, die dadurch verschlimmert worden waren, mässigen, oft auch bloss aus dem Grunde ganz heben würde, weil man seine Machtsprüche und Versicherungen für die verlangte Hülfe selbst annahm. **Eck l. pluries c. p. 315.**

tum, quam de ipsorum sanandi facultate habet æger, ad restauratam conferret salutem.

Nec fugere nos potuit, esse etiam eos, qui, quoniam magnam inter Eslenismum atque Christianismum se invenisse putarent similitudinem, p) juvenilem suam dicerent ætatem inter Eslenos egisse Christum, eorumque in Scholis magnos Eum fecisse in arte medica progressus, populum vero hujus artis ignarum, has naturali modo factas sanationes, miraculorum nomine credulum insignivisse. q) Quod si ita esset, vix atque ne vix quidem posset explicari, nullam nobis omnino de hac re relictam esse notitiam, cum tamen nihil videatur rei magis congruum, quam ut religionis Christi inimici atque calumniatores, quos quidem hæc magni adeo momenti res non debuisset latere, hac notitia instructi, eadem uterentur ad miraculorum Christi naturam et indolem populo melius explicandam lateque divulgandam, auctoritatem, quam Sibi jam utpote miraculorum patrator inclytissimus acquisierat Christus, sic facile infringentes. Quin potius concesserunt, omnem se e legibus naturæ nescire explicandi methodum, Christum οὐκ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβούλ, ἀρχοντὶ τῶν δαιμονίων, r) contumeliose contendentes. Quæritur vero, nec injuria, unde illa confluere potuisset ad Servatorem auctoritas, si arte quadam usus fuerit Eslenis etiam notissima, qua sæpius cer-

---

p) De similitudine hac legisse haud poenitebit: STÄUBLER *Geschichte der Sittenlehre Jesu*. Erst. Band. p. 573 κγ.

q) Inter alios ANONYMUS Auctor libri jam citati: *Natürliche Geschichte des grossen &c.*

r) Matth. XII: 24.

te utebantur illi, quam ut ignota eadem mansisset populo? Et quomodo demum quadrat in moralem Jesu characterem longe excelsissimum, in amorem veritatis quo semper ducebatur flagrantissimo, prudentiamque Ejus saepe spectatissimam? quomodo inquam, fraudem s) adhibuisse illum ad metam suam assequendam, suamque caduco tam atque infirmo superstruxisse fundamento auctoritatem, atque sic periculis semper imminentibus stultum se objecisse?

Neque persuadere nobis possumus, Evangelistas litteris custodivisse ipsos tantum eventus, quales apparuerint praesentibus, reconditas vero atque abditas vires ne primoribus quidem labris attingere voluisse, ipsosque igitur Historicorum non autem religionis Doctorum egisse personas. t) Minime namque nobis veri simile videtur, hanc omnino dialecticam Evangelistas observasse differentiam. Et nonne fides historica in factis Christi proponendis postulabat, ut non solum ipsa facta litteris mandarentur, verum etiam quo modo facta fuerint, indicaretur? Quod

- 
- s) Sollte die Wahrheit der Wunder Jesu blos darauf beruhen, dass er in der Arzneykunst erfahrner war, als die Aerzte seiner Zeit: so würde er schwerlich der Beschuldigung entgehen können, dass er ein Betrüger gewesen, weil er den Glauben seiner Volksgenossen, dass er wahre Wunder thäte, zu seinem Vortheile benutzt hätte, ohne ihnen zu sagen, dass sie nur ihnen, den Unwissenden, Wunder schienen. *Theologische Monatsschrift für das Jahr 1801 von J. C. W. AUGUSTI, Zw. Band. p. 298.*
- t) RÖPER *Exeg. Handb. d. N. T. Neunzehntes Stück. Nachträge zur Verbesserung und Vervollständigung desselben Werkes, 1809.*

si omnia ita denegassent miracula Evangelistæ, qui fieri potuisset, ut ne verbo quidem suam de hac re proderent sententiam? Eorumque naturæ adeo conveniens, simplex et ingenua narrandi methodus, quæ omnem in re proponenda respuere videtur fucum, qui potest hoc crimine consistere? Et nonne demum factorum Christi narratores, si in gestis Ejus proferendis virium agentium aut rationum moventium neglexissent memoriam, in perpetuo versarentur periculo, ab aliis rem diligentius perscrutantibus pensitantibusque, quorum utique nulla erat penuria, veritatis corruptores publice declarari?

Neque illis jure assentire possumus, qui sublimioris quam dicunt Exegeteos ope, narrationibus Evangelistarum de miraculis Jesu, insolitam dare cupiunt interpretationem, quam naturalis miraculorum explicationis nomine insignire solent. Vim namque nostro saltem ex judicio, ita verbis inferri, et supplendo augendoque nobis relictas narrationes, omnem penitus destrui narrantium fidem, non est quod moneamus. Quæ tandem historię misera facies, si cuique suas pro lubitu inferere liceret conjecturas! Quis namque nobis cavet veritatem earum omnium rerum, quas ad supplendas explicandasque has narrationes, pro ingenio suo addiderit quisque? Ut vero clariori conspiciantur luce, quæ jam allata voluimus, animum propius attendamus ad miraculum de quo narrat Matthæus Cap. XVII: versu 27. Viam qua ingreditur Celeb. *Paulus* t) ad miraculum illud explicandum haud quidem bene stratam nos saltem centemus. Cum enim ejus ex sententia vix carere pecuniis potuerit Christus, vel si caruerit forte, ab amicis suis impetrare facile pot-

---

t) In *Kommentar über das neue Testament*.

uisset, omne miraculum sic stantibus rebus superfluum fuisse putat atque inutile, ideoque potestatem Petro fuisse datam, etiam tum, cum alio quodam modo iis, quæ sibi opus essent, succurrere poster, miraculum Dei expectandi auxilium; quamvis hæc potestas maxime refragaretur his Christi: Οὐκ ἐκπεράσεις κύριον τὸν θεόν σου. v) In contextu autem præterea, multa occurrere putat, quæ sint contra solitam miraculorum explicationem. Non indicatur scilicet in fine narrationis, fuisse re vera staterem hunc extraordinario modo a Petro inventum. Pergitque: si solito naturalique modo stater hic fuerit acquisitus, non desideratur hæc denuntiatio; si vero miraculo, admiratio certe qua afficiebatur Evangelista, eum movisset ad hæc verba addenda: abiit igitur Petrus, hamum misit, piscem accepit et staterem in ore ejusdem invenit. Neque demum causam totius narrationis, neque ipsam narrandi methodum, mirabile quidquam innuere censet. Philologice etiam ne minimam quidem necessitatem urgere putat, ut miraculi huic Salvatoris justius adjungatur notiō. Τὸν ἀναβαλῶτα πρῶτον ἰχθύων collective h. l. sumendum judicat; ἀνοίξας τὸ στόμα, ideo dictum esse certo certius contendit, quod hamus e piscium ore mox detraheretur, qui scilicet si his diu adhæreret, pretium eorum valde minueret; et ἐύρισκειν demum non tantum inveniendi sed etiam acquirendi notionem innuere, copiosus ostendit. Jam quærere licet a Celeb. Paulo, miraculum hocce renuente, utpote superfluum atque inutile: cui igitur usui Petri ad piscandum missio, nullo futuro miraculo, inservit? nam absente Petro, (auctore namque Celeb. Paulo, inopinatus Christo atque inspera-

---

v) Matth. IV: 7.



tus revertebatur) litem inter Duodecim ortam dirimere Christum voluisse, vix atque ne vix quidem intelligi potest. Cumque Petrus *jussui* Domini sui *pareret*, non est quod facile perspiciatur, potestatem ei datam esse Deum *ἐκπεριζῆεν*. Finem hujusce narrationis nihil quidquam contra rem probare putamus. Apostoli namque non erant soliti videre, id non perfici quod prædixisset Christus. Quidni igitur peractionis narrationem facile omittere poterit Matthæus? Cumque causâ de cetero, cur eventum referrent Apostoli, ea sæpissime eslet, ut vim miraculorum ad fidem eorum, qui adessent, in Christum augendam ostenderent, eo melius hanc narrationem prætermittere potuit Matthæus; nemo namque infitias ibit, maxime hoc contulisse miraculum ad fidem Petri corroborandam, cujus præprimis causâ hocce patratum fuisse, nobis saltem persvasum habemus.

Neque methodo qua utitur Celeb. GABLER, x) album adjicere possumus calculum. Evangelistas enim ad fidem miraculis præbendam plus justo fuisse propensos, judicans, duplex sibi in enucleandis Christi miraculis injectum esse putat officium; primum scilicet *perscrutandi*, quis fuerit sensus ipsius narrantis, quidque ipse jam in re narranda cogitaverit, qualemque rei notionem in legentium animis voluerit informatam (*auslegen*); atque alterum *explorandi* quænam in narrationibus Evangelistarum occurrant rem naturali modo explicandi vestigia, ut verum sic eluceat factum, naturalisque rei eventus in lucem producat (*erklären*). Quod igitur ad narrationem Johannis de Lazaro a Christo in vitam revocato, Joh. XI. attinet, concedit quidem GABLER Johannem hancce La-

---

x) *Journal für auserlesene theologische Literatur.*

zari in vitam revocationem, verum judicasse miraculum, et quasi miraculum litteris tradidisse, idque sine partiua studio ita fecisse, ut a teste, qui huic ipse adesset eventui, esset expectandum. Addit vero, Johannem multa omnino false intellexisse, multa etiam nec audivisse recte, nec vidisse, effataque Christi bene multa parvo quodam additamento acuisse, rerumque sinceram faciem, nolentem sic commutasse. Effatum Christi ad Legatos Lazari morbum nuntiantes: *αὕτη ἡ ἀσθενεία ἐκ ἐστὶ πρὸς θάνατον*, versu II. ad verbum esse intelligendum contendit, sequentia vero: *ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δοξῆς τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς*, non ita a Christo esse dicta, audax conjicit. Retro jam misis Legatis, Christum poenituisse putat, sic sine promisso auxilio, morbum nullius momenti judicantem, eosdem a Se misisse, cum scilicet fieri posset, ut ipso hoc morbo opprimeretur Lazarus; Eum igitur viam qua itur ad Bethaniam, ea spe ingressum esse, ut Legatis, quos urgente necessitate a Sororibus retro mitti pro certo sperabat, ipse, sciente nemine, occurreret. Venisse etiam revera Legatos Lazari mortem Christo nuntiaturus inopinatum, persuasum sibi habet GABLER, Christum vero, hac quamvis notitia percullum, *spem* adhuc, quia scilicet præceps nimis Ei videretur mors, fovisse, Se Lazarum in vitam fore revocaturum, ulterius credit. De tentaminis sui, quod erat instituturus, succesu, definite adeo, auctore GABLER, loqui non potuit, ut secundum vulgarem versus II:mi videtur explicationem, nisi forte de conamine suo Lazarum in vitam revocandi, sic disseruerit; verbaque Christi in versu 15 occurrentia, post eventum forsân corroborata fuisse, itidem censet, quemadmodum etiam sermonem, qui fuit inter Christum, Martham et Mariam, indefinitum multo

multo magis fuisse putat, quam refertur a Johanne. Quodque lacrymas uberes effuderat Christus, perspicuum putat, nihil Eum certi de Lazaro in vitam reversuro scivisse; et ex eo demum, quod gratias Patri suo egerit divino ob preces benigne auditas, colligere vult, Christum primum inspexisse sepulcrum, Lazarumque semet aut moventem, aut alio quodam modo vitæ signa dantem, invenisse, verbaque Christi ad eum hæc fere fuisse: jam igitur e sepulcro tuo abi, ut etiam amici tui sociique te videant viventem! — Quod si jam ita, ut putat GABLER, Evangelistarum liceat tractare narrationes, actum utique est de omni eorum historica fide. Et ut in hac Johannea maneamus narratione, nonne is, qui ipse huic mirificæ Lazari e sepulcro adesset resurrectioni, omnium optime rem *potuit* referre? Nam ad mirifica quæcunque credenda Evangelistas plus justo fuisse promptos, contenderit tantum is, qui ingenium characteremque illorum sibi non habet perspectum. *Voluisse* vero Johannem veritatem dicere, urget omnino spectatissima ipsius probitas, ipsaque narratio simplex adeo, sine ulla pompa prolata. y)

Descripsimus igitur paucis, rem nostram exemplis illustrantes, quorsum allatæ hæc et quæ sint innumerabiles na-

---

y) Liceat cum BESENBECK l. c. p. 39 dicere: Es ist immer ein wenig gewagt, einem Geschichtschreiber, der eine Thatsache berichtet, wovon er Augenzeuge war, und bei dem man keinen Grund annehmen kann und darf, warum er die Sache hätte entstellen sollen, nach zwey tausend Jahren, bald durch diese bald durch jene Wendung, nachhelfen zu wollen. So ein Versuch muss allezeit mislingen.

turalibus de causis miracula Christi explicandi methodi, ducant aut ducere possint, si iisdem indulgere aut semet tradere voluerint, quotquot divina interpretari et aliorum in usum applicare student oracula. Absit quidem ut eorum studium, qui divino veritatis ducti amore, hæc atque alia difficiliora eruere tentaverint problemata, stolidi damnemus: alius namque alia via celerius veritatem se assequi sperat. Cum vero evidentissimum nobis dederint documentum, salvo Sanctissimi Salvatoris caractere, miracula Ejus intra sphæram naturalium virium includi non posse, nos jam, quæ sine tanto tranquillitatis periculo et naturæ legibus declarari nequeunt, abdita eadem esse sinamus atque arcana; diligenter considerantes, quam bene primis illis, quibus promulgaretur, temporibus, religio nostra divinitus tradita, hoc testimonio egeret, ad fidem faciendam summopere necessario. aa) Cumque neminem

z) Eine Religion, deren erste Ausbreitung durch einen vorsätzlichen Betrug geschieht, und wenn sie die wohlthätigste Philosophie ist, ist keine für den redlichen Mann, keine von Gott. DOEDERLEIN *Fragmente und Antifragmente*, Erster Theil, Dritte Auflage, p. 205.

aa) Bene SEILER apud *Tzschirner Memorab.* &c. p. 98. de miraculis loquitur: Sie waren nöthig für das Kindesalter, das durch Bilder und sinnliche Vorstellungen belehrt und überzeugt werden musste. Et in libro suo, *Der vernünftige Glaube* &c. Zw. Aufl. p. 85. sq. in hunc modum disserit: Es hatten nicht nur die Heiden, sondern auch die Juden beynahe gar keine Lust, über die allerwichtigsten Angelegenheiten ihres unsterblichen Geistes nachzudenken. Alle ihre Wünsche giengen auf das, was in die Sinne fällt. . . nicht nur vergnügt, sondern

fere ad nostra jam tempora animum intendentem, potest effugere unquam, arcanum illud atque mirabile, in celebri tamen hominum conspectu patefactum, in vita Christi occurrens sanctissima, opus vere Divinum, magnam hominum partem ad Jesum salutis nostræ restauratorem unicum profitendum maxime allicere, animumque eorum ad rerum divinarum notitiam excipiendam sancteque retinendam in primis præparare posse; firma nos tenet spes lætaque, numquam fore ea tempora reversura, quibus moris denuo erit, violentis verbørum contortionibus, læsis fere omnibus hermeneuticis regulis, sublime quodcunque atque divinum, quo tegitur velamine, temere privandi, resque humano fastigio celsiores e religione Ejus εν ὧ εἰσι πάντες οἱ θισαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνῶσεως αποκρυφοὶ, bb) impie rejiciendi, cc) donec in gravis-

---

lippig zu leben, das war das letzte Ziel, auf welches die allermeisten Menschen zu der Zeit hinsahen, als der grösste göttliche Gesandte die beste Religion auf Erden zu stiften und himmlische Gesinnungen den Seelen einzufliessen gekommen war. Was blieben für Mittel übrig, die zum Nackdenken träge Vernunft zu wecken, als durch sinnliche Bilder der Wahrheit einen Reiz zu geben, und durch sinnliche Beweise sie zu bestätigen? Idque eo magis necessarium fuisse videtur, cum. . Nach den Anfoderungen, die man . . an den Messias machte (Joh. VII: 31.), Jesus unwillkürlich Wunder thun musste. DE WETTE *Lehrbuch der Christlichen Dogmatik*. Erster Th. p. 214. §. 198.

bb) Coloss. II: 3.

cc) Wären die Wahrheiten, welche wir jetzt aus der Offenbarung kernen, nicht so entschieden wirksam auf Ruhe und Besserung der Menschen: wäre eine davon mit der

simum tandem generis humani malum, mere humana evaderet eadem, olim longe sanctissima doctrina, πνευμα και ζωη dd) δυναμις θεου εις σωτηριαν. ee).

---

Vernunft in einem Kampf, der nicht ohne Verlust der Einnen oder der andern beygelegt werden könnte: so könnte ich die Empörung gegen sie begreifen. Jetzt aber nicht, so wenig als ich die Anklage des Schöpfers, dass er die Menschen an ihrem Fall nicht hinderte, mit den Lästerungen über die Mittel zu ihrer Wiederherstellung zusammenreinem kann. DOEDERLEIN l. c. Zweyter Theil. Zweyte, verbesserte Ausgabe. p. 169.

dd) Joh. VI: 63.

ee) Rom. I: 16.

---